

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9029

**Auteur(s) :** Raoul, Fougères (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1151

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul de Fougères confirme à Savigny la possession de la Cormalière, terre située sur la paroisse de Savigny. Guillaume Bastard et ses fils avaient élevé des revendications sur cette terre, mais, après sa mort, ses fils avaient abandonné leurs prétentions sur elle et l'avaient remise à Savigny par l'intermédiaire de Raoul de Fougères ; ils ont reçu en échange des contre-dons.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 975, n° 1071.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XXVIII)

Texte d'après A

In nomine Domini nostri Jhesu Christi notum sit omnibus Sancte ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego Radulfus Filgeriarum dominus pro amore Dei et salute anime mee et patris ac matris mee et omnium antecessorum ac successorum meorum atque omnium fidelium Christianorum concessi et dedi ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinam terram que vocatur Coumalleria in parrochia Savigneii liberam ac quietam et ab omni servicio et consuetudine absolutam sicut elemosinam Deo dedicatam. Quam quidem terram Guillelmus Bastardus et filii eius licet injuste primum monachis calumpniaverunt sed tandem filii ipsius Guillelmi Bastardi, Ruellonus scilicet et Ricardus, patre iam mortuo, calumpniam quam de supradicta terra fecerant coram me dimiserunt et ipsam terram in manu mea posuerunt, quam et ego tradidi in manus monachorum ibidem presentium possidendam. Istius autem concessionis atque donationis fuerunt testes : Petrus canonicus Guito de Meduana, Gaufridus eius capellanus, Philippus de Landavi, Liones, Henricus de Castellario, Gauterus de Sellan, Juhellus Cordon, Rogerus Viarius, Rorgo de Sancto Brictio, Gaufridus abbas de Castellario, Guerrif de Lupiniaco, Paganus filius Rogeri Viarii, Phylippus de Lupiniaco, Guillelmus de Curba, Robertus Daufin. Monachi vero pro pace et concordia. Ruelloni et Ricardo filiis Bastardi et Rogero Anglico qui sororem illorum habebat uxorem XL solidos cenomannensium in commune dederunt, insuper etiam Ricardo Bastardo unum pullum et Rogero Angero Anglico et uxori sue X solidos cenomannensium, Hugoni etiam filio illorum unum pullum sed et filio Ruellonis parvulo Guillelmo videlicet II solidos cenomannensium. Et ut hec actio atque concordia firmiter teneretur, recitata est et confirmata in communi capitulo monachorum, ibique rursum omnem calumpniam quam in supradicta terra fecerant dimiserunt et fidem et firmam pacem ecclesie et monachis Savigneii tenendam quam pridem affidaverant

super sacrosanctum evangelium se tenere ac servare cum iuramento promiserunt. Testes Rossellus filius Gaufridi Britonis, Fulco Torpion, Gauterus Daim, Lambertus filius Petri, Rainaldus Le Bigot, Tescelinus Tison, Herbertus Branche et alii multi. Hec actio facta est anno ab Incarnatione Domini M°. C°.L.VII°.